



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

26. Dies Decemb. Heri, præsepis angustia Christum portavit infantem:  
hodie, immensitas cæli suscepit Stephanum triumphantem. S. Fulgentius  
de S. Stephano.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

## 26. DIES DECEMB.

Heri, præsepi angustia Christum portavit infantem  
hodie, immensitas cœli suscepit Stephanum tri-  
umphantem. *S. Fulgentius de S. Stephano.*

Natività- I.  
ris Christi  
varia My-  
steria.

**T**ota non sufficit æternitas, ut  
dignè expendantur Mysteria,  
quæ Christi coimpletebitur Na-  
tivitas: quapropter non trans-  
lata tam citè de Bethleem, ubi natus est Deus in-  
fantulus, ad Jerusalem, ubi passus est Stephanus eus  
famulus. Maxima laus est Stephani, potuisse inter  
omnes, primum pro ipso mori, qui dignatus est pro  
illo nasci. Plus me allicit præsepi angustia, in quo  
Christus jacet, quam immensitas cœli, in quo Stephanus  
triumphat. Verè, qui jacet in fæno, plus quam Sa-  
lomon hic: cuius gloria, non auro de Ophir, & ar-  
gento constat, non ebore, Indicisque getminis, qui  
mox Ægyptiorum præda fiant: sed immortalibus  
æternæ Patriæ bonis. Vis videre, quomodo stabulum  
gloriosius est aurea Salomonis domo? & vile præ-  
pium eo throno, cui parvulum inventum est opus in  
universa terra? Quis est, qui si superba illa spectave-  
rit: quæ ob prodigium operis appellantur (epeti)  
mundi miracula, caput, venerandi causa, aperiatur? quis  
non, ad Christi præsepe adorandum, venerabundus  
prosternitur? quis ad illa honoranda, uti hoc præ-  
sepe, matia, terrasque perlustrat? Quanta gloria est,  
persuasissime mundo, & Matrem illam, esse Virgi-  
nem, & pauperculum hunc Infantem, esse  
Deum! quanta gloria est, tam vilia, reddere tam  
gloriosa!

II. Seb

II. Sed à præsepi , & Agnello, qui jacet in præsepio, descendamus ad Pastores ovium. Quām inopinata fuit illis immensa illa , quā in concubia nocte perfusi sunt lætitia , ad inusitata , quæ percepérunt nuntia? Vigilabant super gregem : & mox juxta illos stetit Angelus Domini , ut facile exaudiiri vox posset, & inter illos, radiante fulgore circumfulsitus: erat enim Angelus lucis, lucem habitans inaccessibilem, lucem amans, & secum invehens : denique lucem magnam exortam mundo nuancians , populo, qui habitabat in tenebris, & regione umbræ mortis. Angelica lux inexpectata, ac repentina , & in nocturnis tenebris luctens, subitum timorem incussit talium visionum, ac visitationum insolentibus: itaque, (a) timuerunt timere magno : mox tamen gavisuti gaudio magno. Nam fulgur, suo fulgore terret, nec lux in tenebris minùs horretur , quām densæ tenebræ in medio die. Pertinuit autem & lux, & timor ad attentionem: nam qui timent, arrestis autibus adstant, & ad opinionem rei novæ , & in primis seriæ conciliandam. Quia tamen nimius timor perturbat , & confundit hominis mentem; Angelus eum efficaci voce moderatur, dicens: *Nolite timere. Gaudii enim, & fiduciae vobis apporto nuncium: nec vobis tantum, sed populo, nec vestro tantum, sed omni populo. Quod autem majus gaudii argumentum , quām patefactus aditus ad gaudia sempiterna?* Quicunque in carcere mundi hujus , & umbra mortis sedetis , oportet natum vobis gratulari Salvatorem, qui à servitute dæmonis, & peccati, afferat vos in libertatem filiorum Dei.

III. Na-

(a) Lne.2.

III. Natus est vobis hodie , nec ultra dicendum  
est : *Ecce venit.* Promissa, in rem deducta sunt: venit,  
descendit, adeat, natus est : & vobis natus est , & qui  
erat similis nobis in cœlis , similis factus est vobis in  
terrâ: Ipse est Christus, unctus omni gratia Regia,  
Prophetica, Sacerdotali: Christus Dominus, non ci-  
vitatis David, aut cuiuspiam singularis loci : sed Do-  
minus cœli, & terræ. Et quia Parentes illius non no-  
minabant, neque hospiti domus designabatur: ali-  
quo signo, res monstranda erat , ut inveniretur, &  
agnosceretur. *Et hoc vobis signum,* inquit : *Invenietis*  
*Infantem pannis involutum, & positum in præsepio.* Ne-  
que oportuit distinctius locum ab Angelo notari;  
nam speluncam Divini puerperii , in aditu ipso, ac  
suburbio Bethleem erant inventuri. Verè, signum  
magnum apparuit in cœlo, Deus in fœno. Vix Orator  
ille cœlestis, finem dicendi fecerat : cum multitudo  
militia cœlestis, quæ Divinum legatum comitabatur:  
& in tantæ, tamque inauditæ rei miraculo, jam du-  
dum stabat defixa : silentium rupit, & consonâ voce  
nobilissimum inchoavit hymnum : ut exemplo suo  
mortales incitaret ad laudandum Deum. Apparet  
autem, eos inter canendum viros esse cælum aseende-  
re, nec Pastores interrupuisse musicam longe suavissi-  
mam: sed attonitos quatinus licuit attendisse, dum  
minus minusque audiretur. Dum autem illi, incep-  
tæ cantica , in cœlum non intermissa transferunt;  
ibique vel hunc ipsum hymnum, vel illud trisagium,  
summa audientium voluptate, indefatigabiles inte-  
grant; Pastores sibi ipsis redditi, inter se colloqui, se-  
que mutuò ad Bethleemiticam profectionem invita-  
re cœperunt: eoque mox, cum festinatione profecti,

agns

decemb.

Tesserā.

1041

agnoverunt accepti Nuntii veritatem : quod mox sparsere in vulgus; & eos, qui audierunt, propriæ admirationis, & gaudii participes effecerunt. Hic habes compendium mirabilium, quæ fecit mirabilis Dominus, non tantum mirabilis in sanctis suis, sed in panibus suis. Imitemur concinentes Pastores, in hac solennitate Pastoris boni? Itaque

*Nos resonante lyrâ, modulemusr carmina mira.*

### 27. DIES DECEMB.

Aquila est Joannes, sublimium Prædicator; & lucis æternæ, & internæ fixis oculis contemplator. *Sanctus Augustinus in Joan. tractat. 36.*

Dignitas I.  
stabuli  
Bethlee-  
nicici.

**U**t toto corde diligamus natum Jesum: tribus voculis, nos non tam accedit, quam compellit, Discipulus ille, quem diligebat Christus: dum, videlicet, haec scriberet: *Verbum, Caro factum est.* Ut inflammetur amore Dei, frustâ alia excogitamus verba: postquam Verbum Increatum, fuit Incarnatum. Propter haec sola verba quia tam sublimia, meritò Joannes vocatur Aquila; nemo volavit excelsius, quia nemo scripsit Divinitus. Nos, ut Aquilæ evadamus ad parvam illam Aquilam: quæ non evolavit in altum, sed descendit ad ima: quæ non posuit nidum suum in arduis, sed in humilibus convolemus. Non, ut Pastores transierimus usque in Bethleem, mox inde abituri: sed ibi commotando, mansionem faciamus. Parvulus Jesus, qui heri adhuc jacebat in præsepio: nunc, quasi humilior sublatus subsellio, consideret in Matris gremio: Hinc Amoris jura, & leges dictat. O felix antrum Bethleem,

Pars III.

Vuu

&